

*W.* Optimus, *Leefstan*, *Charissimus*, *Wifstan*, *Prudentius*, *Dunstan*, *Celsissimus*.

*Willi.* *Wi*, Sacer, sic *Wimund*, *Sacra pax*, *Vibert*, *Sanctitate clarus*, *Alwi*, *Omnino sanctus*: ut *Hierocles*, *Hieronymus*, *Hosius*, &c.

*Wold.* *Willi*, & *Vili* Anglo-saxonibus, ut *Willi* hodie Germanis plurium habuit significationem: sic *Willielmus*, *Pluribus defensor*, *Wildred*, *Plurimis verendus*, *VVilfred*, *Plurimis pax*: quibus sensu & significatione accedunt *Polymachus*, *Polybrates*, *Polyphilus*, &c.

*Wold.* *Wold*, & *Wald* præfектum, sive gubernatorem illis denotavit, unde *Bertwold*, Illustris gubernator, *Ethelwold*, Nobilis gubernator, *Herwald*, & inverse *Waldher*, Exercitus prefectus.

*Britannia nomen revocatum* Sed manum jam de hac tabula, cum aliis non minus ac mihi hæc in re levicula sint plus nimio.

Gravius fortasse erit, si posteris (modo hæ chartæ victuræ sint) prodam quod nos vidimus, scilicet ut Egbertus hanc citeriorem & suam Britanniam partem ANGLIAM jussit nominari; ita jam annis 800 plus minus transactis: dum hæc recognoscimus, R. Iacobus totius insulæ Monarchiam proprio numinis favore, & hæreditario jure, bonis omnibus applaudentibus, adeptus, ut hæc insula quæ in se una existit, uno Oceani ambitu circumscripta, in una ejus persona sub uno diademate, una linguae, religionis, legum, & juris formularum communitate; ad perenniæ felicitatis incrementum, & pristinæ inimicitiaæ oblivionem uno etiam esset nomine: nomen, titulum, & stylum Regis MAGNAE BRITANNIAE sibi in omnibus, præterquam in juris formulis, anno regni secundo, edicto per regna publicato assumpsit.

## D A N I.

*Daci sepa à nostris scriptoribus falso vocantur.* **D**æc Danorum fuerit origo, ne Danis quidem ipsis satis constat, DANVM enim illum Gigantem Humbli filium & Goropium qui à Gallo gallinaceo deducit, ex antiquitatis schola ipsa veritas jam pridem expposit. Andreas Vellejus Danus, vir literatissimus à Dahis Scythiae populo, & à Marc, quæ non limitem sed regionem significet, repetit; Ethelwerdus noster à Donia urbe nomen factum credidit. A Dancionibus, quos in Scandia statuit Ptolemæus & Dauciones, literula mutata in nonnullis exemplaribus dicuntur, ortus fuisse, & inde in desertas Anglorum sedes, in Cimbricam scilicet Chersonessum se exonerasse ego semper existimavi, donec eruditissimus, & cum judicio in Antiquitatis studio versatissimus Ionas Iacobus Venusinus nominis Danorum vestigia expressa in sinu Codano, & Codanonia, quorum meminit hoc in tractu Pomponius Mela, solerti indagine deprehendisset. Quæ nomina à Septentrionalibus crassius elata Cdan, & Cdanonum Mela in Codanum, & Codanoniam Latina incude efformavit, ut posteritas ex Gdanum, Dansk, ex Clodoveo Lodovic, ex Knuto Canutum mollius procuderebunt. Nec tamen ante Iustiniani Imper. tempora, circa annum salutis nostræ septuagesimum supra quingentesimum, eorum nomen orbi innotuit. Tunc enim Galliam vastare cœperant, & rerum Anglicarum Latinis historicis Wicingi dicti sunt, quod piraticam exercuerint: Wicinga enim Saxonica lingua, teste Alfrico, Piratam denotat; & Pagani, quod nondum Christo nomina deditissent: sed ipsi Angli sua lingua Deniscan, & sœpe Heathon-mon quasi Ethnicos vocarunt. De his audi Dudonem de S. Quintino, authorem sati vetustum è I. Stobæi studiosissimi urbis Londonensis antiquarii bibliotheca, quæ mihi semper patuit. Dani è Scanza, id est Scandia, velut examen apum è canistro, & gladius è vagina, diversitate multimoda, consuetudine barbarica profluerunt, cum petulan- ti luxu exardescentes soboles innumeræ generavissent. Qui postquam adoleverunt, de rerum possessionibus contra patres, avosque aut sepius inter se ferociter objurgati, excubantes, & terram quam incolunt habitare non sufficiens:

*Britannia.*

collecta sorte multitudinis pubescientium, veterimo ritu, in externa regna extruduntur nationum, ut adquirant sibi præliando regna, quibus vivere possint. Ceterum in explatione suarum expulsionum atque exercituum sacrificabant olim venerantes. THVR dominum suum, cui non ali- *Danorum religio.* quid pecudum atque pecorum, sed sanguinem maestabant \* Hinc dies hominum. Holocaustorum omnium putantes pretiosissimum, eo quod sacerdote sortilego predestinante, juga boum *Iovis nobis fortale* una vice diriter icebantur in capite, collijoque unicuique singulari iætu sorte electo cerebro, sternebatur in tellurem, per- *Thursday dictum.* quirebaturque leviorum fibra cordis, scilicet vena, cuius exhausto sanguine ex more suo, suorum capita linentes, librant celeriter navium carbasa ventis, deoque tali negotio putantes placare, velociter navium insurgunt remis. Aliam etiam Deorum placandi rationem, vel potius contaminatissimam superstitionem, qua Dani usi sunt, Ditmarus Episcopus, qui Dudone paulo antiquior, his verbis describit: Sed quia ego de hostiis Northmannorum Lib. I. & Danorum antiquis mira audivi, haec indiscessa præterire nolo. Est unus in his partibus locus caput istius regni, Ledenrun nomine, in pago qui Selon dicitur, ubi post novem annos mense Ianuarii, post hoc tempus, quo nos Theophaniam Domini celebramus, omnes conveniunt, & ibi diis suis LXXXV & novem homines, & totidem equos, cum cani- bus & gallis pro accipitribus oblatis immolant, pro certo, ut prædicti, putantes hos eisdem placatueros.

Circa Egberti tempora, anno Christi 800, nostra littora primum infestarunt, postea mare cœlo miscentes, multos annos per Angliam græfati, urbibus excisis, templis succensis, & agris vastatis, omnia barbara immanitate egerunt, rapuerunt, verterunt. Merciorum, & Orientaliū Anglorum regibus peremptis, eorum regna cum magna Northumbriæ parte occuparunt. Tributumque Dangelt dictum misello populo ad horum latrocinia reprimenda impositum, quod, ut cujusmodi fuerat intelligas, haec paucula legas velim è legibus nostris antiquis descripta. *Danica vastatio.* Danigeldi redditio propter piratas primus statuta est. Patriam enim infestantes, vastationi ejus pro posse suo infestabant. Ad eorum quidem insolentiam reprimendam statutum est Danigeldum annuatim reddi, scilicet 12 denarios ex unaque hida totius patriæ, ad conducendos eos qui piratarum irruptioni resistendo obviarent. De hoc quoque Dani- geldo libera & quieta erat omnis ecclesia, & etiam omnis terra